

Pierij Val.Fucus.

DE FVCO



Diungendus fuerat api Fucus, utpote qui nō digrediat̄ ab aluca-
rijs, quibus semper infidiatur: sed quoniam dulcedinis antithetō ad
culicem traxit, nunc ad Fucum conuertemur.

ALIENI LABORIS FRVCTVS.

Hominem ex alienis laboribus vtilitatē, delicias, gloriam sibi cōparantem
significare si vellent, Fucū pingebant. Sunt hi grandissimi inter Apes. Sed
enim Fucos furesq; apud nostros confundi video. Plinius Fures inter illas grā-
dissimos esse dicit. Aristoteles fures maiores quidem Apibus, sed minores Fu-
cis agnoscit. Vt cūq; mellificandi nullam Fucus habet curam, sed otiosus intus
desidet, vel cū exit effert sese fuscū in sublime, gyrosq; volitat cum eiusdē ge-
neris animalibus, qui exercitum quasi faciunt, quod vbi satis iam fecerint, quasi
se velut in campo exercuerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur labore
partis alieno. Contra illos Apes acerrimē dimicant, & vt Virgilius ait,

Ignatum fucos genus à prasēpibus arcent.

DE VESPA




Pud Horum legas Vespam ex corrupto crocodili sanguine,
vel ex eius cadauere procreari. Nostri ex equino eam cada-
uere nasci volunt.

PERNICIES SVMMOTA.

Vt cūq; Vespa cum apud Ægyptios corruptū ostende-
ret crocodilū, eādē ratione perniciē summotā extinctā-
que significabat, quādo; yti suo commentario dictum est ex Diodoro, Crocodi-
lus & mala & ærumnosa mortalibus illata commoustrat.

PVGNACITAS.

Ceterū philosophi vetustiores pugnacitatē per
hāc innuere videbātur. Nā & equus, ex cui⁹ cor-
rupto sanguine Vespa oritur, belli est indiciū, vt suo
cōmentario pbatū. Et quod ad hāc facit pugnacitatē,
Demosthenes, vt apud Stobēū, περὶ διογένης διατρι-
βῆσι, Antisthenē ait aliquādo à Diogene correptū, vt
qui exili admodū voce homines castigaret, respōdis-
se: Vespas itidē sonū haud magnū alis excitare, aculeū
tamē acerrimū habere. Quare apud Æneā philosophū
Platonicū, Euxitheus dum Theophrasti dicta diluit,



Si quæ ille opinabatur vera essent, Vespa, inquit, itē Hector colligabitur: ambo
enim caput varia galea redimiti sunt, ac pinde pugnacissimi. De galea ad id al-
ludit q̄ Homerus Hectora subinde κορυβαλοισι vocat. Et mulierū chorus apud
Aristophanē, Lystratē, qui eorum se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam
Vesparum examen fo ditare se, vel irritare aggrediator. Atq; hęc omnia nostra
sunt. Sapientie enim x̄i l. habemus: Misisti antecessores exercitus tui Vespas,
vt illos opulentiū exterminarent. Importunū fortē cui piā videatur, si
remediū subiecero cōtra hāc Vespārū pugnacitatē: sed enim quod vtile vel
cōmodum plerisq; futurū est, nunquā ego iudicaui importunum. Bellicoso
mollis opponitur. Mala uolens genus, à mollitie, vt pleriq; tradunt, dicta, Ve-
spis aduersatur, præcipue syluestris: cuius succo, vt Demagron & Pexam⁹ scri-
bunt,